

### Prière à Mars – p. 97

Agrum lustrare sic oportet : impera suovetaurilia circumagi. Janum, Jovemque vino  
praefamino, sic dicio :

« Mars pater, te precor, quaeisque uti sies volens propitius mihi, domo, familiaeque nostrae ;  
cujus rei ergo, agrum, terram, fundumque meum suovetaurilia circumagi jussi ;  
uti tu morbos visos, invisosque, viduertatem, vastitudinemque, calamitates, intemperiasque  
prohibessis defendas averruncesque ;  
utique tu fruges, frumenta, vineta virgultaque grandire, beneque evenire sinas.  
Harumce rerum ergo, fundi, terrae agrique mei lustrandi, Mars pater, macte hisce  
suovetaurilibus lactentibus immolandis esto. »

CATON L'ANCIEN, *De l'agriculture*, 141 (avec coupes).